CUm in traiecto homines vtriuſqꝫ ſexꝰ ſuper pontē coreis ac vanitatibꝰ operā darēt. Cōtigit ſacerdotē cū diuiniſſimo ſacro eucharistie ad egrotantem deferendū ꝑtrāſire. Illi imemores diuine rei cultū vllū ac reuerentiam adhibētes. ponte fracto in aqua Moſe. ad 200. homines aq̄s abſorpti ſunt atqꝫ perierunt.

MUlier q̄dā nobilis in ꝯſtancieſi dyoceſi. cum pareret inſolitum partū edidit. Cum leonem viſu mirabilem hac tempeſtate peperit.

MOnſtrum quoqꝫ in ſueuia ſuperiori apud oppidū eſlingē vt ferūt mulier enixa ab vmbilico vſqꝫ ad ſummitatē duo habens pectora. ac capita ſeinuicē reſpiciētia. brachia q̄tuor ſeinuicē amplectentia ⁊ duo ferenda. Illico tamen poſt partum obijt.

COmites nobiles ſueuie q̄ndecim federe ſe ꝯiūgentes. rudolpho imperatori moleſtias q̄ꝫ plurimas inferentes inter q̄s ꝑcipui fuerūt comites de montfort. helffenſtein ⁊ de wirtenberg ac Tockenburg. eoꝝ tn̄ bonis ac poſſeſſionibꝰ vaſtatis. imperio ſbijciendos perpetuo cogit. Deinde caſtra ꝑdonum ī germania in pleriſqꝫ locis deuaſtans ab alpibus ytalie vſqꝫ ad britanniā pacē firmauit.

COntinuauerant ad id vſqꝫ tēporis veneti ⁊ genuenſes bellū pridē apud ptolomaidā inchoatū. ve q̄ aliq̄ repetere ad hoc tēpus cū ſe oportunitas loci dederit ducimꝰ. ad ānū terciū ſexageſimuꝫ duodecieſqꝫ centenū. Raynerio zeno duce. veneti q̄nqꝫ ⁊ q̄nquaginta triremes ad ſicilie oram miſerunt. q̄ claſſi genuenſi vt ſperauerāt nō inuenta in aſiā nauigauit. Caſuqꝫ apud tyruꝫ obuia genueſiū nauis cetea eſt expugnata. portū deinde venetus eadem qua nauim ceperat leticia īgreſſus tyro vt potiret̄ adnixꝰ ē auxilijs ad expugnationē terreſtribus ptolomaida accone accerſitis. Ceſſit tn̄ conatꝰ inanis. Queſitā interim reddendi cōmodi vicem genuenſis inuenit. q̄ nauim onerariā. tardaſqꝫ decē venetijs ſoluturas. quo in aſiam mercimonia deferrēt certior factus. Triremes ſexdecim ad gulphi fauces curauit poſt ſcopoluꝫ in inſidijs expectaret. Sꝫ admoniti ab exploratoribꝰ veneti expoſitis in litꝰ mercimonijs ab epyrotis, ꝑrecti. naues vacuas amiſere. Tercio abinde anno claſſis veneta q̄tuor ⁊. xx. triremiū. tribꝰ genueſiū triremiū q̄rꝫ prefectus erat lanfrācus borbonꝰ apud lilibeū fortuitu obuiā eos cepit. Qḋ cū genuā ē perlatū educta aduolauit duo de triginta triremiū claſſis. q̄ per ꝗſitā accuratiſſime venetā ad drepani portū reperit. ꝯflictuſqꝫ habitꝰ ē acerrimꝰ. in q̄ maximuꝫ genueſ̄ reſpu. accepit incōmoduꝫ. Nanqꝫ tribꝰ ex ſuis triremibus ī ꝑlio crematis. cetere oēs ꝑlio ſupate vtrimqꝫ crudeliſſime fuerunt capte. Que clades accepta a genuenſi effecit vt michael paleologus illꝰ ſocietate ſpreta inducias cuꝫ venetis ꝯſtituerit q̄nquēnales. Eodēqꝫ anno triremes genuenſiū. xxv. admirato ac ꝑfecto auria. venetis. xxx. apud motbonū cōcurſure quū viderent̄ retroceſſit genueſ̄. Et nauis oneraria mercibꝰ venetoꝝ magni valoris plena. apḋ euripū expugnata potiti ſunt Eadēqꝫ genuenſis claſſis orā crete circūuecta Caneā illꝰ inſule oppidū cepit. ſpoliatūqꝫ penitus diripuit.

SCribit ptolomeꝰ luceſ̄ nicolaū pōtificē niſi eiꝰ cōſilia mors occupaſſet. reges duos vnū lōgobardie. alteꝝ etruſcis fuiſſe datuꝝ q̄ regibꝰ ſicilie atqꝫ germanis ipꝰ̄ titulo abutētibꝰ euertēdi ytaliā (ſicut ſepe fecerāt) adimeret̄. inuitqꝫ vrſinos eū potiꝰ fuiſſe. q̄ꝫ alios ad id faſtigiū euectuꝝ. Quinetiā ꝯſtat pōtificē ipm̄ deturbādo ſicilia carolo nō nihil inītꝰ dediſſe petro arragonū rege ioānis porthicij operā ſuaſo. vt iure hereditario ꝯſtātie vxoris ſue ꝑtēſo. id regnū recipe adniteret̄. Cōſtituit ꝟo is pontifex lege ꝓmulgata neminē regio ſanguine ortū ſenatorem vrbis decetero fieri. Et alijs q̄cūqꝫ fierent anni temporis in magiſtratu concedere nullis etiam futuri pontificis auctoritate licere.

TArtari armenis iūcti centū milia babilonē. ſupant. Et multis eoꝝ īterfectis in fugam vertunt. Sycilia quoqꝫ inſula hoc anno a carolo predicto petro arragonēſi defecit. Ubi apulie princeps caroli ipſi filius nauali prelio ab aroganū filio cum multis captus in apuliam ducitur ⁊ carceri mancipatur.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA